

1769 400 46

ADMIRANDA
ROMANARVM ANTIQVITATVM
AC VETERIS SCVLPTVRAE VESTIGIA
ANAGLYPHICO OPERE ELABORATA

EX MARMOREIS EXEMPLARIBVS QVAE ROMAE ADHVC EXTANT
IN CAPITOLIO AEDIBVS HORTISQVE VIRORVM PRINCIPVM
AD ANTIQVAM ELEGANTIAM

a Petro Sancti Bartolo delineata incisa

IN QVIBVS PLVRIMA AC PRAECLARISSIMA AD ROMANAM HISTORIAM
AC VETERES MORES DIGNOSCENDOS OB OCVLOS PONVNTVR


Bellori, Giovanni Pietro
NOTIS IO. PETRI BELLORII ILLVSTRATA

*Hæc omnium, quæ extant nobilissima Romanæ magnitudinis monumenta ad perenne antiquitatis
studium, ac decus cura, sumptibus, ac typis edita à Ioanne Jacobo de Rubeis, restituit
auxit Dominicus de Rubeis Chalcographus Anno MDCXCH.
Romæ ad Templum S.^æ M.^æ de Pace, cum Priuil. Summi Pont. et Licentiâ Superiorum.*



EMIN.^{mo} ET REV.^{mo} PRINCIPI
FLAVIO CHISIO S.R.E. CARDINALI AMPLISS.

Vrbis æternæ terrarum olim, rerumq; Dôminæ hifce meis typis exprefsa se se exerit Maieftas EM-PRINCEPS, ut quæ non cadauere amplius, sed suo met cinere obruta iacet, fculpturæ miraculo marmorea, et Augusta e fepulcro reuiuifcat. Diem tamen fuum non prius expetit quàm Tua fe fe induat luce: nihil enim hac luce clarius, fplendidiufque, non Purpure tantum radijs, quibus Vaticanum illuftras, fed et ingenij decore, ingentiq; fulgore Virtutum, quæ ipfas Alpes tranfgreffæ facundia, et gratijs nouum te veteri parem Herculi Gallis præftitere; ita vt pietas ac Sapientia Tua in ore hominum uerfentur, Tuifq; erga literas, ac bonas artes amor celebretur. Is enim es, qui non ftudio tantum, fed et contubernio Mufas recipis: quid dumerem instructiffimam Bibliothecam: Tuam! quid ftatuas, ac picturas, celeberrimor; Artiffim! quid antiqui operis monumenta, ac lectiffimâ exquisitamq; omnis generis fupellectilem! his fanè cunctis pulchrius animum quàm domum exornas. Romam? Veterem igitur per varias Sculpturæ imagines ex marmoreis exemplaribus defumptas, meoque prælo exprefas Tibi dico EM-PRINCEPS, ut eadem fub ALEXANDRO VII magno Patruo Tuo noua renafcente antiqua fimul te aufpice refurgat Adifprecor et finas a me nomini Tuo in Tuarum Virtutum Sacratio perpetuum hoc obfequij mei donarium appendi.



*Humiffimus et Obfequentiff. Seruus
Dominicus de Rubis.*




*Ara, seu basis quadrata lateribus singulis anaglyphicè sculpta, et à quo-
dam Tiberio Claudio Fauftino dicata Elapsis annis effossa fuit inter Ce-
hium, et Esquillas in prædio D.D. inclitæ nobilitatis de Millinis eademq. in-
aginis decorata, originem, ac primordia Urbis Romæ à Perichis pomo ad
lupam lactantem pueros, quasi ab ovo representat. Hanc uerò primam faciem
cum Captiuis pertinere ad Aurelium Victorem in Oriente autumant ali-
qui, tum ex solis simulacro in quadrigis, quem Imperij dominum inuictum
suis comitem dixit Aurelianus, tum ex monumentis insculptis ipsius Urbis ab
eodem Imperatore muris ampliata. Suadet etiam forma rudis sculpturæ illi
seculo consona.*

*Romæ ex Typographia Dominici de Rubéis Heredis Io. Iacobi de Rubéis ad Templ. S. Mariæ
de Pace cum Priuilegio Summi Pont. et Superiorum perm.*




MERCVRIVS dat Paridē aureum Discordiæ pomum, ut de forma contendētibz Deabus, Pallade, Iunone, ac Venere, pulchriori donet. Hinc Troiē, Asiēq. incendit.



Acre prælum circa Patroclī cadaver ab Hectore interempti ut adiuuante Minerva eriperent Græci, et iusta soluerent ad naues, Troiani uerò ut ad urbem traherent uictoriæ trophæū.



ACHILLES acceptis à matre Thetide armis, Vulcani manu elaboratis armatus in curru aduersus Troes insurgit, ut de morte Patroclī penasumat, eiusq. Manibus Hectorem immolet.



HECTOR Achillis telo prostratus uelocibus equis raptatur circa Troiē muros, sic religatis pedibus incurru, ut extra dimisso pectore, caput in puluere trahatur. **TROADES** Hecuba mater, Andromache coniux palmas tendunt, ac questus fundunt.



Ad parentandum Patroclō Boes immolandos, et equos ad cursum, et funebres ludos solenni pompa ducunt Sacrorum Ministri.



Sacerdotes de more uelati uictimam prosequuntur. Victimarius Tibicen longam funere am tibiam inflat.




MARS RHEAM SYLVIAM Regis Numitoris filiam Vestalem ad ripam TYBERIS dormientē aggreditur, eius formā potiturus, ex cuius concubitu Romulus, et Remus, atque origo Romanae gentis.



A Marte compressa SYLVIA geminum partum edit Romulum, et Remum, quos in proflu- entes TYBRIDIS aquas AMULIUS, ob metum sibi iudicati Regni, mitti iubet.



AMULII iussu ad ripas Fluvij effusi lenibus stagnis pueri à Regij's ministris exponuntur.



Fama tenet LUPAM sitientem ad puerilem uagitum cursum flexisse, ac mitem infantibus pre- buisse mammas, quos Regij pecoris magister Faustulus admiratus Laurentij uxori dedit educandos



PROVIDENTIAE AVGVSTI

POST OBITVM L. VERI IN IMPERIO CVM MARCO CONSORTIS ROMA SIVE SPQR. INTE-
GRAM ORBIS TERRARVM POTESTATEM EI CONTVLIT.

In Capitolio

Jo. Iacobi de Rubert formis Roma ad Templū pacis cū Pri. Pont.

Petrus Sanctius Bartolus del. et fec.



ADVENTVS AVGVSTI SYRIAE *Hoc est Marci Aurelij*

CVM MARCVS IN SYRIAM VENISSET INTERFECTO CASSIO SIBI OCCURRENTIBVS REGIBVS ET LEGATIS
PERSARVM PACEM CONFIRMAVIT *Xiphil. et Capitolinus.*

Jo: Jacobi de Rubens formis Romæ ad Templū pacis. cū Priu S. Pont.

In Capitolio

Petrus Sanchius Bartolus del: et fec. 7



TRIVMPHVS GERMANICVS MAURELII
 CONTRA GERMANOS REBVS FELICITER GESTIS MARCOMANIS SARMATIS VANDALIS QVADIS DE VICTIS PANNONIAQ. SERVITIO LIBERATA TRIVMPHAT CAPITOLIUS.
In Capitulo De Jacobo de Rubis formis Roma ad Templi patris cū Præ. S. Pent. Petrus Sanctius Bartolus del. et fec.



IOVI OPT-MAX-SACRVM

ACTO DE GERMANIS TRIVMFO POM-VOTA SOLVIT LEONIBVS CENTVM VNA MISSIONE EXIBITIS IN PVBLICO MVNERE. 9

Idiis de Ruberis Formis Romae ad Templū Pacis cū Priu. Pont.

In Capitolio



Petrus Sanctus Bartholus del. et sculp.

VOTA PVBLICA


Io. Iacobi de Rubis formis Romæ ad Templū pacis cū Priu. S. P.

VICTIMARI TAVRVM SISTVNT: POPA SECVRV PERCVTIT: PVERI BINI CLYPEVM TENENT INSCRIBENDVM VOTIS
 QVÆ PRO SALVTE PRO VICTORIA SEV PRO AETERNITATE IMPERII IN CAPITOLIO IOM. SOLVEBANTVR. de quibus
numi veteres et passim Auctores.

In Hortis Medicis



POP A ET VICTIMARIUS IAVRVM MITRA INFVLISQ EXORNATVM AD SACRIFICIVM DVCVNT.



MVLIER TVRRITA TERRA DESIGNAT VT IN NVMIS HADRIANI CVM INSCRIPTIONE RESTITVTORI ORBIS TERRARVM
 VOTA DECENNALIA ET VICENNALIA SOLVTA PATET EX CLYPEO VOTIVO SVPER COLUMNA RITÈ POSITO CVM TI-
 TVLO VOTIS X-EX XX-SIMVLACRVN IMPERATORIS CVM RELIQVO MARMORE DESIDERATVR. *In Hortis Medicis
 cū Priu. S. Pont.* 12



PROVINCIA IN GENVA PROCVMENS ET SVPPLEX-RELIOV^VM MARMORIS DESIDERATVR.

Petrus Sanct' Bartol' del'et sculp. Io. Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Temp. Pacis cū Priu. S. P. In Hortis Medicis

13



OVIRITES CVM CONIVGIBVS ET LIBERIS LAVREATI DLS GRATIAS AGENTES OB RES PROSPERE GESTAS SACRIS ADSTANT *Lucretius l. 4. et 30.*
Cic. 3. or. in Catil. I. MINISTER SACRIFICII CVM ACERRA ET VRCEO. Sequens tabula eiusdem est argumenti




Sequuntur SUPPLICATIONES ET VOTA OB TRIUMPHVM

1. SALII PILEATI CVM AEICIBVS IN CONI FORMAM DEXTRA TENENT VIRGAM. Dionys. ant. R. l. 11. 2 POPA CVM SECVRI

In Hortis Mediceis

Io Jacobi de Rubeis formis Romae ad Templū Pacis cū Priu. S. Pont.

15




ISIDIS POMPA

In Aedibus Mattheiorum


1. ISIACA SACERDOS, seu ipsa Dea sospitatrix, alterâ manu Situlam Niloticam tenet, alterâ Anguem brachio in spiras circumvolatû, capite erecto, salutaris Numinis indicem 2. ISIACVS uolumen utraque manu tenens carmina modulatur in honorem Deæ; Superiorem corporis partem ad umbilicum exerit uelatus tunica; Aegyptij enim Sacerdotes superna, ac diuina reliquis Mortalibus obscura se scire tantummodo profitebantur. Alas Accipitris Solaris aus in capite gerit, quibus spiritum Mundi, Deique motum in rebus cunctis intelligebant 3. ANTISTES sacrorum lineâ candidâ stolâ amictus, atque densus Hydriam aquâ repletam fert, brachijsque amplexitur, quam in Osiridis pompa, ob beneficium fecunditatis Nil, spectatam refert Plutarchus Hic pedes tegit calceis papiraceis, intextis palmarum folijs, de quibus Apuleius 4. ISIACA dexterâ manu quatens sistrum arguti reddit sonum, eiusque concussione Nil incrementum lineæque imitatur assiduas conuersiones, sub qua cuncta mouentur, generantur, corrumpuntur, sinistrâ manu Simpulum tenet ad Libationes in sacris.

SACRA MATRI MAGNÆ IN ANTRO IDÆO.



ADSTANT MULIERES SIVE MULIEBRI AMICTU GALLI SACERDOTES EVIRATI Lucian⁹ de Syria Dea. ALTER FRUTICES ARÆ
 IMPONIT CUM EX TERRA QUÆ MATER EST MAGNA FRUGES NASCANTUR Lucet⁹ l. 2. PINEIS NVCIBVS INCENSIS IN ME-
 MORIAM ATYOS 2. ALTERA TYMPANVM PALMA CONVITIT. 3. TERTIA BVXVM INFLAT PHRYGILS NVMERIS De 17
 spelunca Rheæ in qua Mulieres sacra faciebant Paus. Arcad.

In ædibus de Vitelleschijs



IPHIGENIA IN AVLIDE

1. IPHIGENIA morienti similis, simulacro DIANÆ subiacens, atque ex oraculo mactanda spectatur, ut placato numine, secundis uentis Græcorum classis soluat ad euertendam Troiam. Perhibent uerò Deam puellæ misertam, pro ipsa Ceruam supposuisse ac eius salutem consuluisse.

Romæ in Hortis Magni Ducis Etruriæ

2. ACHILLES supplex ut mitis Dea Victimam recipiat, nauesque Argolicas felici cursu ad Ilium perducatur.

3. ULYSSES dolose Iphigeniam, quasi Achilli nupturam, a matre Clytemnestra immolandam abducens.


4. AGAMEMNON Iphigeniæ pater capite obuoluto, ac moerente uultu adstat filię moriturę sacris.

Sequens tabula eiusdem est argumenti



VAS MARMOREVM DIANA DONARIVM ARTE PHIDIACA
ANAGLYPHICE SCVLPTVM IPHIGENIÀ REPRÆSENTANS

Romæ in Hortis Magni Ducis Rehrurig



s. GRÆCI Heroes, qui Agamemnonem Iphigeniæ patrem, totiusq. exercitus Græcorum Ducem
secuti sunt in expeditione aduersus Troiam ob Helenæ raptum

Romæ ex Typographia Domini de Rubens Hæredis Is. Iacobi de Rubens ad Templum S. Mariæ de Pace cum Privilegio Summi Pont. et Superiorum pmissu




DVX SIVE IMPERATOR EXERCITVS REBVS CONTRA PARTHOS PRAECEARE GESTIS AVICTORIA CORONATVR PARTHORVM REGVLVS SE SE DEDENS GENVFLEX-
 EIVS CLEMENTIAM IMPLORAT EX CAPTIVIS ALII VINCTI DVCVNTVR ALII SVBIACENT TROPHAEIS ADHIGATI *ex ueteri Graecorū et Romanorū more Seneca in Troad Argolici praeda*
triumphi subiecta feret colla trophaeis *Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp.* *In Vrba ad usum fontis in Hortis Vaticanis*



CAPTIVI

Petrus Sanctus Bartol^{us} del' et sculp


In Vrba ad usum fontis in Hortis Vaticanis 21



Quamvis marmoris huius lateat argumentum, aliqui tamen ad Imperatorem GALLIENVM referunt proficiscentem in Orientem, cuius est typus Sol in quadrigis; et cum facies integra non sit, quamdam adhuc retinet GALLIENI similitudinem. Iter terrâ, marique faciens Imperator tendere uidetur ad templum Deæ, quam puer indicat. Prope templum sedet Vulcanus cum pæda, aliquæ incedunt cum accensis facibus. In alio simili marmore, quod in earundem Aedium atrij summitate spectatur conueniunt alij Dij Apollo, Bacchus, Mercurius. Nos utrumque feliciori Oedipo relinquimus.

Rome ex Chalceographia Dominici de Rubéis Hegedis Io. Iacobi de Rubéis ad Templ. S. Mariæ de Pace cum priu. S. Pont. et Super. perm.

In Aedibus Mattheiorum



CIRCENSES LVDI cum Agitatoribus in quadrigis, ac Prætorē, qui mappam mittit, ac signum dat ineundorum ludorum. Emissos ē carceribus equos clamor
populi, plaususq. facientium, et Sponzionum sequebatur, qui sublata uoce ac manibus ipsos hortabantur, atque incitabant.

In Aedibus Barberinis

Romę ex Typographia Dominici de Rubens Hæredis Io. Iacobi de Rubens ad Temp. S. M^e de Pace cum Priu. S. Pont. e Super. perm.




Inter varias sepulchrales imagines sculptas in uetustis monumentis, plurimę spectantur Venationes, quas in sua Roma notat Nicolaus Fabricius. Harum duce nobiles, et heroice spectantur in ædibus Matheiorum, unamque ich exhibemus. Primo loco BALBINVS, ut uidetur, Imperator militari habitu conspicuus, utraque manu pugionem, seu parazonium tenet, quem Roma Palmę ramum gerens comitatur. Venator eques tibialibus barbaris amictus insilit in Leonem, ipsumque percutit hasta. Anxij clamant alij, manusque tendunt ad uictoriam. In picturis Nasoniani sepulchri Venationes uarię expresse cernuntur iuxta anni tempora, ad quas pauca adnotauimus.

24

In Aedibus Matheiorum

Romę ex Chalcographia Dominici de Rubéis Hæredis Io. Jacobi de Rubéis ad Templ. S. Marię de Pace cum priu. S. Pont. et Super. perm.



VENATORES

Post uenationem redeunt Venatores, Apro, ferisq. interemptis uehiculo impositis. formam obseruamus rustici plaustrum, Bobus duobus iugalibus, ac solidis rotis sine radijs, axi quadrato coherentibus; quæ rotæ tympana dictæ firmiores erant oneri ferendo, iisque utebantur in bello sarcinis transuehendis


In Aedibus Barberinis

25



1. AMALTHEA Iouem recens natum nutrit, eique puero in Dictæo antro è taurino Acheloi cornu caprinum lac præbet
 2. SATYRISCVS præ lætitiâ calamos inflat, et canit. Hoc est argumentum marmoris huius IOVI PVERO dicatum
 3. AQVILÆ verò, quarum altera Leporem euiscerat, altera pullis suis in nido aduersus Draconem subuenit, reponendę sunt inter parerga, ornatus causa à sculptore addita

In Aedibus Iustinianis
 Roma ex Officina Dominici de Rybeis Heredis Io. Iacobi de Rybeis ad Temp. S.M.^e de Pace cum Priu. S. Pont. e Super. perm.




VOTVM SOLVTVM IOVI AC IVNONI D.M. SEDENTIBVS IN THRONO NEPTVNO ET MERCVRIO IOVI NVNCIANTE AD STANTIBVS

Petrus Sanctus Bartholus del. et sculp.

cū Priu. S. Pont.

In Museo Angelonio



NEPTVNO

In Aedibus Cardinalis de Maximis

GENIO

Petrus Sanctus Bartolus del. et sculp.

IOVI SACRVM

Io. Jacobi de Rubeis formis Romae ad Templū pacis cū Priu. S. Pont.



THEOPHANĒ BYSALTIDIS FILIĀ FORMOSISSIMĀ VIRGINEM : CUM PLURES PROCI PETERENT Ā PAIRE NEPTVNVS RAPIĀ TRANSTVLIT IN INSVLAM CRVMISSAM
Petrus Sanctus Bartolus del. et sculp. *Io. Iacob' de Rubeis formis Romæ ad Templū pacis cū Priu. S. Pont.* *In Museo Angelonio.* 29



1. Natam VENEREM è maris spuma utraque manu rorantes capillos detergit.
Ipsam Tritones euehant in concha, in qua Cyprum adnauigasse canunt, Amō-
ribus comitantibus. Eius imaginem ab Apelle pictam, carminibus tum græcis
tum latinis nobilem sic descripsit Ausonius

VENERIS EMERGENTIS NATIVITAS

EMERSAM PELAGI NVPER GENITALIBVS VNDIS
CYPRIN APELLEI CERNE LABORIS OPVS:
VT COMPLEXA MANV MADIDOS SALIS AQVORE CRINES
HVMIDVLIS SPVMAS STRINGIT VTRAQVE COMIS
IAM TIBINOS, CYPRI, IVNO INQVIT, ET INNVBÆ PALLAS
CEDIMVS, ET FORMÆ PRÆMIA DEFERIMVS.

Reliquæ Personæ appictæ diuersi argumenti fabulam agunt, alter enim est
2. PERSEVS è Gorgonibus rediens adiuuante
3. MINERVA Medusæ capite amputato. Altera est 4. ANDROMEDA è scopulo,
in quo fuerat alligata, ac Ceto exposita, ipsi Perseo liberatori, ac sponso
dexteram porrigens.

Romæ ex Typographia Dominici de Rubéis Hæredis Io. Iacobi de Rubéis ad Temp. S.M.^a de Pace cum priu. S. Pont.

In Aedibus Matthæiorum



Petrus Sanctus Bartolus del. et sculp.

CHORVS VENERIS ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ

LASCIVAE DORSO CAPRAE SVPER AEQVORA LABENS LAETATVR PATRIOS CYTHEREIA CVRRERE FLVCTVS MOLLIB' ORTA VNDIS TENERORV MATER AMORV.

Aeternitatem in sepulcris Antiqui designare solebant: unde varia Marinorum Deorum emblemata; cum ex Oceano cuncta gigni, creatique crederent. In aede D. Francisci ad Ripas.


Sequens tabula eiusdem est argumenti




CHORVS VENERIS ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ

Io Jacob? de Rubeis formis Romæ ad Templū Pacis cū Priu. S. Pont.

PENNATI · PASSIM · PVERI · DELPHINA · COERCENT · TRANQVILLVMQ · CHORIS · QVATITVR · MARE · TERQORE · GLAVCVS · LEVCO · THEAM · ROSEO · SPLENDEN ·
TEM · GERMINE · FVLGIT · PORTVNO · VEHITVR · NEREIS · FRETA · POLLICE · MVLCET · II · CHORVS · ET · NIVEAE · DELIBANT · AEOVORA · PLANTAE ·



VOTVM seu DONARIVM DIANAЕ VENATRICI. In Hortis Medicis 33
 Petrus Sanctus Bartholus delin. et sculp. aī Priu. S. Pont.




PERSEVS CETO OCCISO A SE LIBERATAM ANDROMEDEM VXOREM DVCIT

In Hortis Ex^{ti} Principis Camilli Pamphilij

34

Petrus Sanctus Barolus delin. et sculp.

Io. Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Templum Pacis cũ Priu. S. Pont.



FORVM PALLADIVM siue Neruæ in Regione Viæ Sacræ

Hec tabula simul ac subsequentes sex videntur adhuc in Zophoro Portic' Fori Palladij, quod conditum a Domitiano postea a successore Neruæ Fori Neruæ fuit appellatum. Cui uero Domitianus Mineruam suppositioe coleret hinc eiusdem Deæ artex, et lanificia in eodẽ Zophoro insculpta sunt quod forte, ex hac parte eius ædes extaret. MULIER SEDENS VELATA DEÆ EST PVDICITIA CUIVS STUDIOSA ADMODVM MINERVA CREDEBATVR. IUVENIS IACENS CVM VRNA AQVÆ GENI. EST FORTE ALBANI LACVS CVM IN ALBANO DOMITIANVS QVINQVATRIA ET LVDO CELEBRARET. Sic ipse in sæcularib' Tyberim appinxit ut in eius numo. De foro Palladio Martialis. Petr' Sanct' Bartol' del. et Sulp.



PALLADIS ARTES

VIRGINES MINERVAE CALATHVM FERVNT de quo in sequentibus TEXTRICES FILA TORQVENT, PALLADEM ADEVNT PVELLAE ERVDIENDAE HARVM VNA GLOMEROS AFFA-
BRE CIRCVM DVCTOS MANV TENET AC EXIBET DEAE QVAE INVENTRIX ET MAGISTRA LANIFICII HABITA EVIT IPSA FERVLĀ VIBRAT QVA PVELLAE GENVFLEXAE ET SVPPEICIS PALMĀ FERIT VT IN SE-
QVENTI TABVLA. Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp. In Foro Nervae Io. Iacob. de Rubert formis Romae ad Templ. pacis cu. Prin. S. Pont. 36



PALLADIS ARTES IN FORO PALLADIO

1. TEXTRICES TELAS METIUNTUR SEU ACV PINGENDVM OPVS IN TELA DELINEANT 2. ALTERA GLOMERVM PRAEFERT PERACTO VELLERE 3. ALTERA E COLV DV-
CIT LANAM ET FVSVM TORQVET.


In Foro Nervae

Petr. Sanct. Barol. del. et sculp.



PALLADIS ARTES

1. CALATHIS PERACTA REFEREBANT VELLERA. *Iuvenalis Sat. 2.* ET IN IPSIS STAMINA IN FILVM DEDVCTA. ET LANAS TINCTAS CVSTODIEBANT. *festus Catull. Ouidius* VNDE APVD POETAS
 CELEBRES MINERVAE CALATHI. 2. VIRGO ALTERA FERT GLOMEROS EX DEDVCTIS LANIS. 3. ALTERA DATA Pensa IVSTIS LANCIBVS LIBRAT ET EXAMINAT. *In Foro Nervae*




PALLADIS ARTES

EX PVELLIS VNA CRVMENAM MANV SVSPENSAM EXHIBET QVAESTVS FORTE ET LVCRI EX LANIFICIO ALIAE PONDVS LIBRARE VIDENTVR SED EX MARMORE AB RVPTO AC VETVSTATE CONSVMPTO NON SATIS CONIICITVR.

In Foro Nervæ

Petr' Sanct' Bartol' del. et sculp.

39




PALLADIS ARTES

Pen^o Sanct^o Bartol^o del. et sculp.

In Foro Nervae

Io Jacob^o de Rubeis formis Romae ad Templ^o pacis cū Priu^o S^o Pont^o

40



PALLADE PLACATA LANAM MOLLIRE PVELLAE
DISCANT ET PLENOS EXONERARE COLOS

Petr^{us} Sanct^{us} Bartol^{us} del. et sculp.

PALLADIS ARTES

In Foro Nervae

ILLA ETIAM STANTES RADIO PERCVRRERE TELAS
ERVADIT ET RARVM PECTINE DENSAT OPVS. *Ouid. III fast.*


Io Jacob^{us} de Rubeis formis Romae ad Templ^{um} pacis a Priu^o S. Pont.

41



Tabula hæc non ad Domitianum, at potius ad Neruam spectare videtur, qui forum Palladium, seu Transitorium perfecit, quique publica vbertate aquarum, ut inquit frontinus, salientes, et lacus Urbis regionibus, et collibus restituit; cum tamen insculpta, sit super eadem columna, ac in eodem saxo cum antecedenti num.^o potest etiam ad Domitianum referri, qui patris ac fratris titulos sibi adscripsit. Vespasianus porro ac Titus aqueductus ferè omnes reodita aqua restituere.

Petrus Sanctus Bartol.^{us} del. et sculp.




Petrus Sandus Bartholus delin et sculp.

TRICLINIVM SIVE BICLINIVM

Io. Jacobi de Rubis formis Romae ad Temp. Pacis cū Pru. S. Pont.


TRIMALCIO • E BALNEO AD TRICLINIVM DEDVCTVS ACCVBITVRVS FAESTIS EPVLIS SOLEASDEPONTI QVAS PVER DETRAHIT INDVCTIS COMOEDIS SILENVS SENEX TIBIAS PARES INFLAT SILENI IUVENS AD NVMERVM CHOREAS DVCVNT PRÆVNT NARTHICOPHORO APPOSITA EST MENSA TRIPES AVLEISQ TRICLINIVM INSTRATVM Petr. Arb. Plinius lib. 9. ep. ad Genit. TABELLA CVM AVRIGA FAESTOS LVDOS DESIGNAT.

In horis Montanis



ROTUNDA ARA MARMOREA BACCHI SCENAM
ET CHORVM SATYRICVM REPRÆSENTANS
ROMÆ IN REGIA ANTIQVITATVM GAZA
CHRISTINÆ SVECORVM REGINÆ

Romæ ex Typographia Dominici de Rubis Heredis Io. Iacobi de Rubis
ad Templ. S. Marię de Pace cum Priu. S. Pont. et Superiorum perm.



SATYRICA BACCHI SCENA ET CHORVS

1. Scena Bacchi columnis, arboribusq. vitibus disposita, quę etiam in eius pompa gestabantur
auctore Athenęo. Vasa Vinaria, seu Amphorę aureę mero repletę, eidem sacre Deo, qui Vinearum,
uinique repertor credebatur
2. Umbracula ex ferarum pellibus, et uelis
3. Vnus ē Silenorum Choro Cantharum humero admotum gerit

4. Ara pampineo encarpio ornata
5. Orgiasta saltitans nebridem alterā manu explicat, alterā merum ē carchezio fundit
6. Alij duo ē Bacchi familia Silenum senem Bacchi nutricium ebrium, ac titubantem sustinent
quos concomitatur Satyrus cornibus, et caprinis, cruribus insignis
7. Tympanum palmiti adlęatum, in quo Baccha uidetur appicta


Sequitur tabula ciuilem est argum.



BACCHI SCENA ET CHORVS

8. Bacchus dextera manu hastę, seu thyrsos, sinistra succollanti Fauno nititur, ad cuius pedes Tigris adstat uini cupida.
 9. Baccho Sues mactant, quorum alterum aheno calida abluunt, alterum ramo suspensum depilant. Sus enim Cereri sacer erat, cuius mysteria cum Dionysiis, ac Metroacis admiscebantur.
 10. Orgiasta alter Terminum finium, et ruralem Deum, in Dionysiis cultum serto, et floribus coronat.

11. Cista pomis referto, nam Baccho non solum Vitium, sed omnium fructuum culturam referebant.
 12. Alter ex choro utrem humero incumbentem premit, ac merum in subiectum craterem fundit.
 13. Tibicen Orgia celebrans duas uno flatu tibias inflat.
 14. Postremus monaulon canit.



LIBERALIA

LIBERANTE ARAM POMIS REFERTAM CVM IS NON TANTVM VINI SED OMNIVM PENE FRVCTVVM CVLTVRAM DOVERIT ARBOR 2 PINVS APPOSITA EST QVOD BACCHVS EXPIATVS 3 BERECHNTHIA MVLTA
 CYBELES ET CERERIS IN DIONYSIACIS INSTITVIT 3 IDEM TVNICATO ET CHLAMIDATO 4 SILENO MITTVR PENDENTE AB EIVS DEXTRA POTRIO CANTHARO 5 ET DVCTVS COMV STAT SACER HIRCVS AD ARAM
Sequens tabula eiusdem art argumenti *In aribus Magarini*



TIBICINA CORNICEN ANTE ARAM 7. TAMPANISTRIA 8. MYSTICA CISTA E QUALABITVR ANGVIS NAM BACCHVM RECENS NATVM PARCE CORONAVERVT DRACONVM CORONIS 9 PVER VERBERAT IDEVM LEONEM Cum sationibus et sonis cantus quoque edebant unde Dithyrambica

Io Jacob' de Rubeis formis Romæ ad Templū Pacis cū Priu. S. Pont. In ædibus Mazarinis




BACCHI ET ARIADNE CHORVS

SVBACTA INDIA BACCHVS ARIADNAM A THESEO DERELICTAM SVO RECEPIT CVRRV 1 IPSE E CANTHARO IN 2 FAVNI POCVLVM HILAREM FVNDIT LIQVOREM 3 ARIADNA SMYLACIS SERTO EIVSDEM PECTVS ALLIGAT ET AMPECTITVR 4 AMOR VOLITAT CVM FLABELLO SEV VEXILLO DEVMQ EXCITAT 5 SATYRVS EBRIVS MERVM EFFVNDIT 6 FAVNVS QVATIT APRI CRVS IN MEMORIAM PENTHEI DISCERPTI BACCHVS IPSE CVRRV INVECTVS EST A CENTAVRIS CVM ISTI PLVRIMVM VINO INCALESCANT AC LYRA PRÆCIPVE EXCELLANT

In hoc et Sequentibus habes Saltationes thimelicam et Satyricum apparatus.

In hortis Montaltis



Sequitur BACCHI ET ARIADNE CHORVS

7 FAVNVS VIBRAT FVSTEM QVOSE FVRIOSI PERCVTEBANT 8 HÆRET ASELO SILENVS QVEM TITVBANTEM SVCCOLLANS FAVNVS SVSTINET 9 FAVNVS CVM PEDONE ET VVÆ BOTRO 10 TYMPANISTRIA PLANVM AC ROTVNDVM PALM^A QVATIENS TYMPANVM 11 PVERI EX PVERORVM CHORO 12 ELE^{PHAS} INDIAE SVBACTÆ INDEX 13 SILENVS DVAS VN O FLATV TIBLAS INFLANS PHRIGIIS MODIS

Io Jacob^{us} de Rubeis formis Romæ ad Templū Pacis cū Priu^o S. Pont.


In Hortis Montanis



SILENORVM CHORVS unde Silli.


In hortis Burghesijs

BACCHVS 2 LYRISTI SEV MUSAE EIVS ALIRICI NITITVR LVDVNT IVVENES SILENI ALTER 3 SALTANS FERVLAM QVATIT VNDE NARΘIKOΦΟΡΟΙ 4 ALTER EPISTA
TAM PAPPoSILENV M EBRIV M SVSTINET Nota Iuvenes Silenos de quibus Orpheus in hym. uulgó faunos quo nomine et nos in hisce tabulis appellauimus. Io Jacob de Rubeis formis Romæ ad Templū Pacis cū Priu S.P.



DIONISIACA SALTATIO
 1 CROTALISTRIA 2 TIBICEN 3 LYRISTIS TYMPANISTRIA DITHYRAMBOS CANVNT.

In hortis Burghesij



Scelus, atque atrox facinus. Iacentes somno, atque alta sepultos nocte, accensis facibus, strictisque gladijs hostes repentino impetu inuadunt. Termini Dei solemniter peragunt, posito eius simulacro, ac tripode cum aulis: Aram uero sublatam ex hostibus unus in caput dormientis mulieris uibrat, ac iacit. Alij enses aduersus dormientes ad necem intendunt. Hinc Sacrificæ duæ iacentes sopore grauatae, altera securi nititur, altera de missam, accensamque retinet facem. Huius ignoti facinoris duplex extat exemplar in marmore, unum in Barberinis, alterum in Iustinianis edibus, à quo similitudinem duximus.

Rome ex Chalcographia Dominici de Rubéis Heredis Io. Iacobi de Rubéis ad Templ. S. Mariæ de Pace cum Priv. S.P. et Super. perm.

In Aedibus Iustinianis



PROSERPINAE RAPTUS


PLUTO IRA CONCITVS SUPERIS BELLA MOTVRVS QVOD SOLVS EXILIIS SINE VXORE DEGERET EXORATVS A 2 LACHESI QVÆ PROPE SOLIVM STAT VELATA COLVM GERENS DE CONNVBIO
 PER 3 MERCVRIVM CVM IOVE AGIT. 4 PROSERPINA ABÆTNAEIS CLAVSTRIS STVDIO COLLIGENDI FLORES IN PATVLOS CAMPOS EGRESSA A 5 PLVTONE RAPITVR SVPER CVRRV FRVS
 TRA INCRE-PANTIBVS 6 PALLADE AC &c ut in sequenti

Io. Iacob^{us} de Rubens formis Romæ ad Templū Pacis cu Priu S^{ci} Pont^{ificis}

In archibus Mazgrinis.



AC DIANA VENERIS DOLO 7 CERES FACIBVS AB IPSA ACCENSIS AD QVAERENDAM FILIAM E SICILIA DISCEDIT BVNGLS ALATIS DRACONIBVS INVECTA 8 NALADVM CHORO
Claudian. de Raptu
Sequitur PROSERPINE RAPTVS
Raptu Proserpinae descensu esse animarum docet Salust. Philo. l. de Dys. et Mundo inde Pluto ἡΐσις ἡααοῖς a glaucensis propolis dictus
qui sacra erant inferis Proserpine vero propter matris Ceres luctum lamentationes in funeribus edebantur Hinc Proserpine rapti frequer in lapid. sepulcrum
AD 9 APANVM FLVIVM CONFVGIENTE
In aedibus Mazarinis.



PROSERPINA NOVA NVPTA.

SEDET PROSERPINA REFLECTO FLAMMEO AC VERECVNDIA DETECTA MANU TENET AVREVM POMVM PRAEDIVITIS ARBORIS SIBI DICATAE PARCA BLANDITIIS EIVS DOLORES LEVAT ELISII PVERI FLORES ET POMA FERVNT MERCVRIVS SOMNIFER ADSTAT CVM PAPAVERIBVS.

CERERIS LVCTVS


BACCHATVR CERES DOLORE ACTA ARETHVSA AD CVIVS PEDES VRNA RAPTOREM PRODIT IPSA SOLA IVRVNDE.

Vnde

Orbe pererrato curru Dea fertilis auras. Exit in aethereas magnumq; adit agra Tonantem.

Io Iacob de Rubels formis Romae ad Templū Pacis et Priu S Pont.

Claudianus et Ouid. met. l. 5. fact. l. 7. In Hortis Bughelii.




NVPTIAE

SPONSVS, ac SPONSA uicissim dexterarum iungunt, maritalis fidei argumentum. PRONVBA IVNO in medio stat, ac utrumque amplectens coniugio iungit. AMORES GEMINI hunc inde uolitantes coronam altera manu tenent, altera flores et frondes effundunt, quorum sertis postes ædium nouæ Nuptiæ exornare consueuerunt.

In Aedibus Iustinianis

Rouge ex Typographia Domini de Rubens Heredis Io. Iacobi de Rubens ad Templ. S. Mariæ de Pace cum Priu. S. Pont. et Super. perm.




NOVA NVPTA

NOVA NVPTA longa tunica induta, pallio, seu flammeo caput obnubit, ac demisso vultu mœret ob uerecundiam, ac timore, quasi per vim raptâ è Matris sinu, mox sit uirginitatem amissura. Retrò PRONVBA moerentem urget, ut Virum adeat, nec timeat.

In Aedibus Farnesianis

Rome ex Typographia Dominici de Rubéis Heredis Io. Jacobi de Rubéis ad Templ. S. Mariæ de Pace cum Priv. S. Pont. et Super. perm.




NVPTIAE

SPONSVS AC SPONSA INVICEM DEXTERAS IVNGVNT. HAEC PALLA SEV FLAMMEO VELATA ILLE CAPITTE DETECTO PRONVBA. IVNO VTRVMO AMPLEXA CONIVGIO IVNGIT STABILI. ADEST HYMENAEVS SEV PVER GENIALEM PRAEFERENS FACEM. AD ARAM CAMILLVS CVM ACERRA ET TIBICEN MOLLE FESTVMQ CANENS. NID VELA TO CAPITTE SACRIFICANS E CANISTRO PROMIT FLORES ET POMA QVAE IN NVPTIIS SPARGEBANTVR. INDE MVLIER TVRTVREM PRAEFERT MARITALIS FIDEI AVSPICIVM AD PEDES OVIS VEL SACRIFICIO OBLATVS VEL TALASIONIS AC LANIFICII ARGVMENTVM. SEQVITVR MVLIER CVM SERTO QVO POSTES ORNABANTVR INDE NVNCIVS LAVREATVS DEXTRA TENET VOLV MEN NVPTIALIS CARMINIS. VLTIMA EST CONCORDIA CV COPIAE CORNV SEV CYBELES MATER CVIVS VIM GENERATIONI INESSE CREDEBANT.

Petrus Sanchus Bartol. del. et sculp.

Io Iacobi de Rubens formis Romae ad Templū pacis cū Prin. S. Pont.

In Templo D. Laurentij extra muros



NOVA NVPTA

SPONSA FLAMMEO LACRIMAS DETERGIT VNCTRIX VIRGINIS PEDES SPONGIA OBLINIT AD-
HIBITO ALABASTRI VNGVENTO AC IVNONIS VNIXIAE NVMINE

Petr. Sanct. Bartol. delin. et sculp.


cū Priv. S. Pont.

In aedibus DD. de Valle

59

NOVA NUPTA IN GENIALI THALAMO.


Sequens tabula eiusdem est argumenti



1 Sedet nova nupta in geniali toro, faciei detracto flammeo, corpore tamen toto præ reverentia, albenti palla undiq; obduta. Demisso vultu meret, luget, mox pudicitiam amissiora. Seditis de more pedibus aureum scabellum subijciunt, et fulgent genalibus albis aurea fulora toris.
2 PRONUBA Sponsam amplectitur, eiq; blanditur, suadetq; ut flere desinat, neq; timeat ad virum prodire. Myrto venereo coronatur.

3 Sponsus redimitus hedera, quæ ystatu Coniugii symbolu est, nudus sedet in limine thalami, sponsa expectans: huc faciunt illa Catulli de Nupt. Aspice imus ut accubat. hoc est prope humum dimissus maritus sponsam præstolatur.
4 Balnearia ministra, altera manu strigilem tenet, alteram inicit in concham seu argenteam lavatione, experiturque tepidam aquam.

IMAGO ANTIQVA PICTURÆ NOVAM NUPTAM
centum ferè ab hinc annis effossa in Exquiliarum ruinis
Hortis in Quirinali unicum veteris



IN GENIALI THALAMO REFERENTIS
ad Arcum Gallieni. Visitur in Aldobrandinis Pamphilianis
artis exemplar, et miraculum.

5 Aquariola è cratere frigidam calidæ misct, ac teporem inducit, nam, nova nuptia antequam
decumberet cū Sponso, aqua spangebatur, ut casta pūm, ad virum accederet.
6 Alia ancilla tabulam forte præfert, in qua dotalia signabantur.
7 Alia Pronuba columellæ, seu mentæ innixa, dextera guttum, sinistra catillum instar conchiliæ tenet,
ut unguento, vel oleo, sponsæ ablutæ corpus de more ungat, adhibito Iunonis vxoris numine.

Ab eius collo monile, seu segmentū aurgæ dependet, eademq; armillis brachia circumdat.
8 Balnearia alia patērā tenet, et aquā in conca, seu misct, seu experitur, longa tunica, ac duplici breviori
palla induitur. 9 Tripus balnearis aurgæ pendentib; hinc inde ansis, in quo differens lauat. 10
Lyristes fides pulsar, choreasq; ducit, tintinnabulis capite redimito; induta manicatā stolā, fassijs ad imos
pedes fimbriatā ii Poetria radiatā corona insignis ad Iyrā canit epithalamiciū hanc alij sacroni Regina




In Aedibus Em^{mi} Principis Card. Flauij Chijj

EPITHALAMIVM

SEDENT HINC SPONSVS INDE SPONSA ET AD VTRVMQ. EX CHORO VIRGINES CONVERSAE LAVDES CANVNT FAVSTVM FELIXQ. OMINANTVR ADSVNT TIBICINIA LY-
RISTES POETRIA CARMINA DESCRIBIT SEV MODVLATA CEDRO NOTAT. Sponsae substrata est lupina pellis quam perhuisse ad faecunditatem ex lupercalibus constat ac etiam quod lupino adipe nouae Nuptiae postes in-
ungebant ne quid mali medicamenti inferretur.

Petrus Sanctus Bartolus del. et sculp.

Jo. Jacobi de Rubens formis Romae ad Temp. Patris in Priu. S. Pont.




Petrus Sanctus Bartol. del. Sulp.

NVPTIALES CHOREAE

cū Priu. S. Pont.

ET FAVSTI IUVENVM PLAVSVS MIXTAEQ CHOREIS AUDITAE PER RVRA LYRAE *Claudian. Virginum Chorus nuptias celebrabat, nec abfimilis ritus in Perugilio Veneris Catulliano. In Hortis Burghefis* 63




NVPTIALE FESTVM

FRONDE VIRENT POSTES ET FERVENT COMPITA FLAMMIS SERTA FERVNT. *Status Epit. stell. In Nuptijs ac festis diebus sarta*
arborum, rami prae foribus affigebantur. Martian. Capella. Claudian. Petrus Sanct. Bartol. del. Sculp. Io. Jacobi de Rubens Romae ad Temp. Pacis cū Priu. S. Pont.

BACCHA

In Hortis Burghesis



ARCÆ MARMOREÆ LATERALIS FACIES

Sponsus, ac Sponsa inuicem dexterās iungunt, coniugalis amoris, ac fidei argumentum, Iunone pronuba utrumque amplectente.

Romæ ex Chalcographia Dominici de Rubis Heredis Io. Jacobi de Rubis ad Templum S. M. de Pace cum Privilegio Summi Pontificis et Super. Perm.

EIVSDEM ARCÆ ANTERIOR FACIES

Sedet PVERPERA partum enixa, et cubito hærens dolores, laboresque puerperij exprimit. Una ex obstetricibus lintheamen utraque manu explicat, ad exsiccandum lotum puerum, atque inuoluendum Altera è cunis, siue de terra natum subleuat detergendum. Mulier stylo globum notans Fatum est ex Timeo Platonis ab astris coniectans leges fatales. Ad hoc marmor pertinet eruditissima Gaspari Bartolini expositio ueteris in puerperio ritus.

In Aedibus de Sacchetti




Petr. Janes. Barlet. delin. et sculp.

VITA ET MORS HOMINIS EX FABVLIS ET MYSTICA ANTIQVORVM PHILOSOPHIA

SE PRIMO OFFERT DVPPLEX HOMINŪ GENVS • MAS ET FOEMINA DESCENDENTES E FELICI REGIONE AD ELEMENTA. Plato Hierocles Macrobius 2. VULCANI OFFICINA SIVE CALOR ARTIFEX OPERVM NATVRÆ TERRA ALTRIX CŪ COPIAE CORNŪ, NEPTVN⁹ SIVE HVMIDŪ PRINCIPIŪ, VENTVS SIVE SPIRIT⁹ AERIS ET 6 MINERVA QVAE ET IPSA PVRISSIMA PARS AETHERIS EST • PROMETHE⁹ HOMINĒ FINGIT ET PORTIONES ELEMENTARES SVO OPERI ADIVNGIT 6 MINERVA 8 PAPILIONĒ HOC EST IMMORTALĒ ANIMĀ IN CAPITE TANQVĀ IN ARCE LOCAT⁹ ANIMA AMOREM AMPECTITVR NAM ELEMENTIS INDVTA AFFECTIBVS ADLIGATVR 10 MVlier QVAE STILO GLOBŪ NOTAT FATVM EST EX TIMEO Astris Deus parem numerum animarū distribuit adhibens leges fauales 11 PARCA FILA NET HVMANĒ VITAE 12 SOLIS QVADRIGA forſe aliquis opinabitur primas figurās numi⁹ Adam, et Eua referre ſed diuerſum argumentum reliqui operis contrarium ſuadet.

In Arca Sepulchrali in caſibus Ex. m. Principis Camilli Pamphylj.

Sequenti tabula eiuſdem eſt argumenti




Sequitur MORS HOMINIS EX FABVLIS ET MYSTICA ANTIQVORVM PHILOSOPHIA

12 AMOR FACEM ET AFFECTVS IN PECTORE DEMORTVI HOMINIS EXTINGVIT COROLLĀ FVNEBRĒ TENET. PAPILIO ANIMA EST Ā CORPORE SEIVNCTA. 15 MVlier FVNEREA STĀT
 16 PRÆFICA SEDENS VOLVMEŒ TENET FACTA ET LAVDES DEFVNCTI RECĒSET ut in Sepulchralib⁹ picturis C. C. æstij 17 MERCVRIVS ANIMARV DVCTOR PVRGATĀ ANIMĀ IN FELICĒ REGIONĒ REDV-
 CIT 18 PROMETHE⁹ VINCT⁹ CAVCASO AB AQVILA LACERATVR QVOD DE LVTO Ā SE EFFICTV⁹ HOMINĒ ANIMAVERTIT 19 AB HERCVLE VERÒ LIBERATVR QVANDO ANIMA AB HVIVS
 VITÆ CVRIS SOLVITVR CVM POSTEA HERCVLES A PROMETHEO VIAM DIDICERIT. QVA TENDERET AD HESPERIDES HINC 20 ATLAS CVM VIGILI DRACONĒ 21 LVNÆ BIGA-

Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp.


In Arca Sepulchrali in ædib⁹ E⁹ Principis Camilli Pamphyli



CVPIDINEM PSYCHE, et uicissim Cupido Psychem mutuo nexu complectitur. Illa Papilionis alis nobilis immortalitatem anime, ac perpetui coniugalis amoris etiam post fata, in hoc sepulchrali marmore typum designat. Tres Gratiæ in medio pariter in amplexu se palam exhibent, ægeris Veneris filijs comitantibus, Gratiæ etiam pulchritudinis sociam, studiumque et amorem uxoris erga uirum facile commendant. Vasa floribus, aristas et pomis referta anni tempora, seu felicia tempora in Elysjs indicare uidentur; tres uerò ad Gratiarum numerum.

In Anabasi Multisecorum

Rome ex Chalcographia Dominici de Rubens Heredis Io. Iacobi de Rubens ad Templ. S. Mariæ de Pace cum Priv. S. P. et Super. perm.



Petrus Sanctus Bartholus del. et sculp.

MELEAGRI INTERITVS.

Io Jacob^{us} de Rubens formis Romæ ad Templū Pacis cū Prin. S. Pont.

AVVNCVLIS Á MELEAGRO INTERFECTIS ALTHAEA FVRIIS AGITATA FATALEM STIPITEM IN IGNEM CONICIT CVM QVO ET MELEAGER FILIVS EXTINGVITVR. ALTHEAM CVM STIPITIBVS PARCAE SEV FVRIAE COMITANTVR. LVGET VENATRIX ATALANTA ET MORIENTIS ORI SORORES LACRIMANTES FRVSTRA PHARMACVM ADMOVENT. *In adibus D. D. de Valle.*



FVNERALIS POMPA

1. FVNERIS VENATORIS CADAVER PROPINQVORVM MANIBVS ELATVM SEQVITVR ORDINE 2. AFFINES ET SOCIJ LACRIMANTES IACVLA ET CVSPIDES GERENTES EQVIBVS 3. ALTER LORA CANVM TENET NEC NON EQVI CVM RETIBVS ET TELIS. MOS ERAT EFFERENDI INSIGNIA DEFUNCTI ET CONIJCIEDI IN ROGVM CARIORA IESTVS VT DE AVICVLIS ET CANIBVS PVERI SCRIBIT Plin. l. 4. 2. VLTIMA EST. 4. BIGA AD AVRIGANDVM. VEL QVOD IS FVERIT CVRRV VICTOR VEL QVOD EADEM INSE-
VIRET FVNERALIBVS LVDIS Sequens tabula eiusdem est argumenti

J. A. Barberinis




Sequitur FVNERALIS POMPA

AD PEDES DEFUNCTI S. LIBITINARIUS CVLTRVM CAPVLO TENET MORTVI VT OPINOR RESCISITVS DIGITVM AD QVEM SERVATVM IVSTA FIERENT. Fictus OBVIAM PROCEDVNT. 6. MULIERES CLAMANTES AC SOLVTOS CAPILLOS SCINDENTES APPARET. 7. ROGI PARS EX RVDIBVS ET INFOLITIS LIGNIS QVOD CAVTVM ERAT PER LEG. XII. TAB. ET ROGO IPS. LAPTATVR CALAVER AB 8. VSTORE SVPER QVOD 9. MVIER ABRVMPIT CRINES IN SEPVLCHRO. 10. Vxor DOLORE FVRENS IN LATVS FERRO IMMISSO OCCVMBIT. 11. PRÆFICA VELATA INSIDEVS COLLECTIS VRNA CIMERIBVS ET CVPRESSV EXORNATA TERRAM LEVEM PRECATVR TER VALL. REPETITO

Io Jacob² de Rubis formis Romæ ad Templū pacis. cū Prin. S. Pont.

In Aedib^{us} Barberini.




DOMESTICVS LVCTVS MVLIERIS DEFVNCTÆ

1. Vniuersę familię luctus, et eiulatus funebrē lectum circumdat. A capite Pater Togę lacinia aperto capite.
 2. Ad pedes Mater uelata, uterque cubito nixi, et ad dolorem compositi sedent.
 3. Sororum altera retro stat solutis capillis, altera soluit.

4. Ex propinquis alter nimio cruciatu actus brachia, manusque tendit.
 5. Alter digitis lacrymas tergit.
 6. Serui etiam stantes dolori incumbunt. Infra Canis pulcem siue offellam rodit, mox in rogo cum carioribus defunctę iniiciendus.

Rogę ex Typographia Dominici de Rubens Hęredit. Io. Iacobi de Rubens ad Temp. S. M. de Pace cum Priu. S. Pont. e Super. perm.

In Aedibus Capranicens. Olm. de Valle




LVCTVS FVNEBRIS

MATRONA uelata pallio lacrymas detergens, accedit ad tumulum uiri defuncti, ut Nouendialibus, seu annuis sacris illius Manibus parentet, ac iusta soluat; sic plorantem Mulieres alię ad mestitiam compositę ipsam comitantur, rotundo in rupe, ad templi formam, sepulcro constructo, in cuius fronte extat candelabrum, ad quod Victorię, seu Genij bini manus inuicem protendunt.

Reus ex Typographia Dominici de Rubens Hęreditis Io. Iacobi de Rubens ad Templ. S. Marię de Pace cum Priu. S.P. et Super. perm.

In Aedibus Barberinis





FERALIS COENA

DEFUNCTOS dapibus, symphonijs, ac lusibus oblectari, epulisque, et uino indulgere, ac si iterum ante actam ducerent uitam, stultè nimis opinabantur Veteres. Hinc Silicernia, Feralia, et Parentalia sacra a ferendis ad sepulcrum epulis, quas relictas uel igne absumptas cū effuso mero, ad Manes peruenire putabant. Feralis Cene exemplar habes in hoc sepulchrali marmore, in quo recubantes in discubitorio lecto VIRVM et VXOREM aspicias, ille pocium Poculum tenet bibiturus, hæc Conuiualem ex rōsis Coronam. Apposita est mensa tripes, salino, et cibis instructa, fulcris in leonum speciem ad custodiam suppositis, nam pro piaculo habebatur, dapes sepulcro illatas degustare, aut rapere; 1. Alæ tenijs alligatę Animas Platonis alatas designare uidentur, quibus decedentibus precipites in corpora ferri, illisq; recrescentibus, ad superos reuolare Plato ipse censebat. Chorus Mulierum canentium 2. Prima Trigonum pulsant 3. Secunda carmina modulatur 4. Tertia Crotala quatit 5. Puer tibia pares inflaturus 6. Mulier sedens Tympanum seu quid simile pulsandum tenet.

Repetit ex Typographia Dominici de Rubéis Heredis Io. Jacobi de Rubéis ad Templ. S. Marie de Pace cum Priu. S. P. et Super. perm.

In Aedibus Iustinianis






LVCTVS ET LAMENTATIO DOMVS FVNESTÆ

1. Defunctę Vmbra pallio obiecta ad loca Stygia incedit
2. Vir seu frater sedens gemitus effundit
3. Soror, seu mater in lecto iacens crinibus solutis domum funestam lamentis implet
4. Defunctę in Larem conuersę Vmbra, quam pacatam, et quietam horis nocturnis apparere cupiebant

ANIMARVM AD INFEROS TRAIECTVS

5. Charon nauulum exigit a Defuncto cuius ori imponebatur Portitori soluendum
6. Mercurius Animarū ductor mortuum hominem ducit carinā transuehendum

In Aedibus Barberinis
Romę ex Chalcographia Dominici de Rubens ad Templ. S. Marę de Pace cum Priv. S. Pont. et Super. perm.




ELYSIA BEATORVM SEDES

Qui castè ac purè vixerunt homines post mortem Elysium colere credebant, ibique felicem, ac sine senecta agere ætatem, agnitisque ijs quos mduò dilexerunt, cum ipsis iterum uersari, ac letari. Qui verò iniuste, ac impiè egerunt, in Tartara demergi, ibique perpetuò vexari


1. Vir ab hac vita in Elysium deductus, cara coniuge agnita, in beata sede quiescente, ei dexteram porrigit, a qua vicissim Viro porrigitur. Hic thyrum gerit, Bacchi sacris fortè initiatus
2. Heros Elysus scuto, thorace galeaque insignis

In Aculibus Barberinis



TARTARA AC SVPPPLICIA IMPIORVM

3. I X I O N ob impietatem, Iouis fulmine in Tartarum deiectus, volubilis rotæ radijs alligatus perpetuo supplicio volutatur
4. S i c y p h u s saxum ingens sursum, ac deorsum agitat latrocinij reus
5. T A N T A L V S crudelis in filium, in Deos impius semper suæ in penam, fugaces aquas frustra ori admovent, bibiturus



QVAT VOR ANNI TEMPORA eiusq conuerſiones per quatuor pueros algeros, cum ſuis Symbolis, Veteres indicare ſolebant in eorum monumentis. Nos in hoc marmore eosdem Algeros exhibemus Zodiaci Circulum Fulcientes, in quo dimidiata figure Vir, et Vxor, perpetuo iuncti Amoris uinculo clauduntur. Exiſtimabant porro, longum poſt annorum curſum, completis Fatalibus, Mortuorum animas iterum ad hanc uitam, unde migrauerant, reuerſuras. Quam ſententiam Plato reſert in Phædrone, ac ſuis carminibus proſecutus eſt Maro. 1. HYEMS Iuuenis paluſtri calamo redimitus ſub Atynis eurgati ſpecie, Hyemalem ſterilitatem indicat, terra ſeminibus incluſis; Phrygia ueste amictus, ſinum aperit ad exhibendam eius eurationem, ac duplici Viri, et mulieris naturam. Ad pedes Aper, hybernum animal. 2. VER Iuuenis floreſo ſerpo comas cingit, cui ſubiaceſt Caprarius e mammis Capre lac exprimens. 3. AESTAS Iuuenis ariſtis coronatur. Infra Messor ariſtarum faſciculum, ſeu manipulum colligit. 4. AUTVMNVS pampineis uuis crines neſcit, cui Tigris ſubiaceſt, ac Vinarum uas. In Aedibus Barberinis 18



Temporum felicitatem, seu felicia Tempora significabant etiam per quatuor anni partes VER, AESTATEM, AUTUMNUM, HYEMEM, quas iuuenum seu puerorum specie effingere solebant, ut in hoc monumento; spem innuentes redeundi completis fatalibus ad novos annos in hac vita, ut in antecedenti marmore. VER floribus redimitum altera manu copiae cornu, altera Capreolum tenet. AESTAS spicis caput exornans dextera falcem, sinistra manipulum exhibet. AUTUMNVS calathum Caricis refertum sertumque tenet. HYEMS palustri calamo incincta Anseres aquatiles ostentat. In medio BACCHVS Tigride uectus, ac longo syrmate indutus thyrsum gerit, uinumque fundit in Satyrisci cornu. Alia emblemata ad eundem Gentilitatis Deum pertinentia indicant huius monumenti Dominum in ipsius mysteris fuisse initiatum.

In Aedibus Eminentiss. Cardinalis Orpini

Repe ex Chalcographia Dominici de Rubis Heredis Io. Iacobi de Rubis ad Templ. S. Marię de Pace cum Priv. S. P. et Super. perm.



IMPERATORIS CLAUDII APOTHEOSIS SIVE CONSECRATIO

80.

CLAUDIUS post mortem, Veterum superstitione, inter Divos relatus, radiata corona, ac ægide insignis, Iovique consociatus in celum fertur ab Aquila cum fulmine, et globo, novi numinis providentiæ in Orbem Romanum indice, subiectis navalibus Britannicæ spoliis, ac trophæis. Sic Nero medicatis boletis Claudium socordem Principem Deum fecit, qui Britannico filio posthabito principium ad imperium adoptavit. Marmor apud veteres Bonillas in Maricensi Columnensi Principum ditione effusum, atq. admiranda artis elegantia sculptum, Neronem ipsum auctorem probat, translatum uerò in Hispaniam Hieronymus Card. Columna Philippo IV. acceptum obtulit.

In Aedibus Principis Comartabulo Columnæ nunc Modis in Regio Andalus



HOMERI APOTHEOSIS SIVE CONSECRATIO DELINEATA EX ANTIQVO MARMORE IN MARINENSI
COLVMNENTIVM PRINCIPVM AC MAGNI COMESTABILIS DITIONE ERVTO

Sed et in templo Homerus diademate rotundatur, pallioque philosophico amictus, altera manu scriptum, altera carminum volumen tenet, uolat numen, hymnis, sacrique cultus. Mulier atorgo capiti eius lauream imponit, quam Cybele murrinam esse ex subscripto nomine OIKOMENE apparet. Hanc comitatur alatus Genius, cui etiam subest nomen XPONOC Tempus singulis manibus singula volumina ostentans. Iliadis, et Odysseae, uniuersi nempe orbis terrarum praefatio per omne tempus duratura. Ad latera sedentus Pater in sinu procumbunt Virgines duae subscripto titulo IAIAS OATHEIA Ilias Odyssea. Haec Apolline tenet maritimas navigationes, errorerq' Mysiae indicans, illa gladium, Achillis et Heroum bella referens. Hinc Homero, quasi in Deos relato posita est ara, adnotata uictima, cui Virgines, et Artes sacra praefurunt, thura dant, libamina fusa dunt, manibus plaudunt, carmina canunt. Harum postrema dignum ori imponit, silere potius alios admonens, quam Homeri nomen amulari. Singula uero huius subiecta sunt Nomina: MYGOS ISTORIA POINTE SPATIA KAMARIA SYLIS APETH MNEMH PIZIE SOBIA Fabula, Historia, Poetis, Tragoedia, Comoedia, Natura, Virtus, Memoria, Fides, Sapientia. Sub Homeri solo Mures volumen erodentes ad ipsius Catrachomyomachiam referuntur. Quae stant in monte arcereu, canora sunt Mures, Homeri laudes celebrantes; qui uero in uertice sedet cum Aquila, suae Iupiter est Murearum pater, in quem reuoc oculos conuertit Mnemogyne mater, suae ipse, Homerus Iouis habitis Rostrum loco spectatur. Murearum, seu Apollinis, ut uidetur, Antrum, in cuius uertice Arcas, et Rhodetra. Prope antrum in basi sunt uir palliatus ad tripodem. In Iouis sedentis saxo incisum legitur huius monumenti. Auctoris nomen AFEEAAOC APOAAONIOY EPOINTE PFINEYS Archelaus Apolloni filius Prieneus fecit. Huius marmore integrum argumentum habet apud Kircherum in suo Letto, atque in eruditissimo Giesberti Cuperi Commentario.


Roma ex Ophiographia Demetris de Robis Norreder de Robis ad Templi S. M. de Pace cum Frail Summi Pont. et Super Tom. Anno 1691.




NVPTIAE

Nova nupta viro tradita dexteram eidem porrigit fidei, amorisque pignus; flammeo caput obnubit prae uerecundia, mox nuptialem thalamum aditura. Augurijs captis sacra peragit uir paludatus. Victimarius taurum sistit ad tripodem. Popa securi percutit. Tibicen duplicem tibia inflat. Pro: nuba Iuno utrumq? amplectitur, adstante Hymenaeo cum accensa face. Mater cum puero manus extendit ad accipiendam liberalitatem.

Romae in Hortis Medicarum




*Pictura Vetus VETVRIAE à Bello in Patriam Filium MARCIUM CORIOLANVM
auertentis in Titi Thermis reperta, cum uestigijs quæ poene supersunt collata.
Ex delineatione Annibalis Caracci apud B.M. Ioan. Petr. Bellorium
Crypta hic delineata ad picturam non pertinet, sed eam notat, in qua ea re-
perta litt. A. unâ cum celeberrima Laocoontis statua. litt. B.*



J. Dom. Campiglia delin.

APRI CALYDONII VENATIO *Franc. Bartolozzi sculp.*

1. ATALANTA, QVÆ PRIMA APRVM JACVLO SVB AVRE FERIT. 2, 3 TYNDARIDÆ FRATRES, ALTER EQVO, ALTER CÆSTU APRVM AGGREDIENTES.
 4. ANCEVS AB APRO PROSTRATVS. 5. MELEAGER QVI MEDIO TERGO APRVM FERIT ET INTEREMIT. *Vid. Ovid. metam. lib. 8. fab. 4.*
In Museo Capitolino



J. Dom. Campiglia delin.

APRI CALYDONII VENATIO

Franc. Bartolozzi sculp.

1. ATALANTA, QUÆ PRIMA APRUM JACULO SUB AVRE FERIT. 2, 3 TYNDARIDÆ FRATRES, ALTER EQVO, ALTER CESTU APRUM AGGREDIENTES. 4. ANCEVS AB APRO PROSTRATVS. 5 MELEAGER QVI MEDIO TERGO APRUM FERIT ET INTEREMIT. *Vid. Ovid. metam. l. 8. fab. 4.*
In Museo Capitolino